



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

6 Noli esse citatus in lingua tua, & remissus in operibus tuis. Eccl. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

162. *Consilia Sapientiae,*  
tis sit illud magis culposum, evita  
hunc pudorem & non velle revocare.

Timor ne quis cadat in tale aliquo  
inconveniens, reddit hominem prude-  
rem in suis discursibus extremè cir-  
spectum, hocque pro regula sumit, nu-  
quam aliquid loqui, nisi sit securus, quod  
non obligabitur ad retractandum  
revocandum.

### REGULA SEXTA.

*Noti esse citatus in lingua tua, &  
missus in operibus tuis. Eccl. 4*

### PARAPHRASIS.

*Non sis promptus in verbis, & lenti-  
tus in actionibus. Loquere discre-  
operare animosè. Promitte pauca, &  
fac multum.*

### REFLEXIO.

**N**on imiteris majorem hominum  
partem, qui sunt nimis boni, cum  
fortassis non sit periculosior malitia  
quam hic excessus eorum bonitatis, qui  
nihil est quod magis decipiatur. Promit-  
tunt secundum sua desideria, quae sunt  
magna, & operantur secundum suum  
posse, quod est parvum. Obl-

Obligando nos nostro verbo , nos  
velle aliis servire , est sapienter agere,  
nemp̄ promittere minus , quam desi-  
derant , & facere amplius quam sperant.

### REGULA SEPTIMA.

*Non omni homini cor tuum manife-  
stes. Eccl. 8.*

#### PARAPHRASIS.

*Non declaras tuas opiniones aut intentio-  
nes , & non aperias cor tuum coram  
omnibus hominibus.*

#### REFLEXIO.

**C**ognosce aliorum corda , & omnia  
perscrutare , si est possibile , non  
tamen te perscrutentur. Sis secretus , non  
tamen simula , sis contentus , quod tuas  
reticeas cogitationes , non tamen eas si-  
mulationibus coperias. Dum enim  
oportet secreta agere , non opereris  
mendaciis : sufficiat tibi silentium. Ha-  
be regalem illam perfectionem , quod  
est : posse loqui & posse tacere ad libi-  
tum : dicere tam multa & tam pauca  
pro ut sunt dicenda.

Habe curam hujus regulæ , ut scias  
tacere